



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sortes, Qvibvs, Ne Temere Cadant, Temperandis; Vel, Si
Temere Dvcvntvr, Castigandis, Divini Ivdicii Æqvitas
Semper Adest**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1645

§. 8. Non sine debita reuerentia, aut precibus adhibendæ sortes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52306)

condendo petijt operas ipse; misit autem Ignatius duodenas, Natalem Hispanum, Frusium Gallum, Canisium Belgam, Benedictum Palmium Italum, aliosq, si non gente, Prouincijs saltem inter se diuersos. Vna assimilauerat Obedientie perfectissimæ ratio. Nam Ignatius iusserat omnes Romanæ domus Socios (sex erant supra triginta) triduo secum expendere, utrò quisq, magis inclinaret: Permanere in Vrbe, an in Siciliam ire? Huic, aut illi ministerio addici. Tum inclinationem suam scripto expressam tradere. Præstituta die, rescripserunt omnes, Nullo se magis propendere. Globus in tabula positus, & omnem adæquè in partem pendens, certius in scopum mittitur. Sic è Socijs indiscretè ad omnia promittis, duodecim in Siciliam destinantur. Hæc ille. Sed hoc genus fortiendi pertinet ad sextum documentum.

§. VIII.

*Non sine debita reuerentia, aut precibus
adhibenda Sortes.*

Mart.
Delt. l. 4.
Disqui-
sit. Magi-
car. cap.
2. q. 7.
sect. 3.

Addit Beda secundam conditionem, vt videlicet eiusmodi sortes, debita cum reuerentia, & precibus ad Deum fuis, adhibeantur. Has duas conditiones statuit Deltius, non separatim sumptas, sed coniunctim intelligendas, adeò, vt simul & materiæ necessi-

cessitas, & recursus ad Deum requiratur. Circumspectè & exemplis Sanctorum conuenienter. Nec Patres alteram conditionem excludunt, cum alteram tantum exprimunt. Clara sunt passim exempla. 1. Seruus Abrahæ in Mesopotamiam ad querendam uxorem Isaac missus, ubi ad urbem Nachor peruenit, sorte usus, sic precatus est *Domine Deus domini mei Abraham, occurre, obsecro, mihi hodie, & fac misericordiam cum domino meo Abraham. Ecce ego sto, prope fontem aquæ, & filie habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquã. Igitur puella, cui ego dixero: Inclina, hydriam tuam, ut bibam: & illa responderit: Bibe, quin & camelis dabo potum, ipsa est, quam preparasti seruo tuo Isaac: & per hoc intelligam, quod feceris misericordiam cum domino meo. Nec dum intra se verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur: ut sciremus, precanti sortem & faustam fuisse, & expeditam. Saul quoque exploraturus, quis in populo peccauisset, à precatione orsus dixit ad Dominum*

Gen. 24.

12.

1. Reg. 14

41.

Actor. 1. *tas est in populo tuo, da sanctitatem.* Aposto-
24. li antè, quàm sortem in manus sumerent,
orantes dixerunt: Tu, Domine, qui corda no-
sti omnium, ostende, quem elegeris, ex his duo-
bus unum. Quam orationem credibile est,
 Petrum nomine omnium pronunciasse.
 Cum autem in omni siue sortitione, siue e-
 lectione, sit Deus exorandus, maxime ta-
 men id faciendum est, in electione Pastorum
Luc. 6. & Prælatorum, quippe, quia magni res mo-
12. menti est, & Christus ipse, ad exemplum
S. Ambr. nostrum, per totam noctem, &, vt S. Am-
in eund. brosius autumat, *cum Apostolis oravit, quod*
loc. *alias semper solus fecisse legitur, quasi tanta res,*
tam communis communem & unanmem po-
Act. 6. 6. *stulet orationem.* Idem obseruatum est, in
& cap. 13. electione septem Diaconorum, & in segre-
2. Conc. gatione Pauli & Barnabæ. Quare etiam
Trid. sess. decernit Concilium Tridentinum, vt, cum
24. c. 1. de primùm Ecclesia vacauerit, supplicationes
refor. ac preces publicè priuatimque habeantur,
 & à Capitulo, per ciuitatè & diocesim indi-
 cantur, quibus Clerus populúsque bonum à
 Deo Pastorem valeat impetrare. Certè
 quisquis scit, quàm nihil ex nobis ipsis, si-
 ne diuina gratia, possimus, multò magis
 orabit, vt sortes, quæ non sunt in nostra
 potestate, à Deo temperentur, §. IX.